



Rsum nuper aliquid in Odam primam Venusini  
vatis commentari nemo, putem, putabit (& præ-  
scripsi in illo illico Programmate, quo sequius  
judicium amoliri conabar) præter rem fecisse me,  
quando in illas Odas relapsus sum. "Est quippe  
"in Horatij (*sententia est Antuerpiensium Episcopi Lævini Torrentij*)  
"Odis & carminis & argumentorum varietas, summa copia &  
"svavitas, sententiæ graves, argutæ & artificiosissimæ, digressio-  
"nes opidò venustræ, ut faciliùs sit cuiq; Horatium legere, quam  
"laudes ejus persequi. Studiose & sedulo (sic pergit *Torrentius*) fin-  
"gula Horatij poëmata lege & perpende: Invenies non disputa-  
"tiones quidem subtile, aut ratiocinationum acumina, sed plera-  
"que omnia, quæ ad rectè, sanctè tranquillè beatèque vivendum  
"a profano homine profici sci possunt, argutè ac graviter præce-  
"pta, exemplisque Poëtarum historiarumque & vitæ commu-  
"nis de copiâ depromtis explicata confir mata ac quasi condita  
"Hic enim mos, hæc ratio philosophandi unicè Horatio placuit,  
"quo sensu etiam in aureâ illâ ad Lollium epistolâ Homericam  
Philosophiam Chrysippéæ & Crantoreæ præfert. "Quod attinet  
vocabas illas *sanc&te, beate*, non credendum fuerit hominem Epi-  
scopum Scripturis sacrâs aut præferre aut exæquare voluisse  
Horatium, uti quidem *Pindari insanus amasius Huldricus Zwinglius*  
fecit; sed intra cancellos profanorum (quod & ipse addebat) con-  
tinendus atque constringendus est scriptorum. Solæ sacræ Scri-  
pturæ sunt, quæ præscribunt, ipsis vero à nemine præscribitur,  
quod ipsum ego quoque meis sexcenties præscripsi.

Devolvor autem ad *Terrarum dominos* (v. 6.) per quos lau-  
datus Autor intelligendos putat non tam *ipso*s Deos (πολυθεόντω  
Ethnicam nemo eruditorum ignorâssit) quam *Olympionicas*, juxta  
Platonem atque Plutarchum, ut etiam *Olympionicarum vita* tan-  
quam *felicissima* in proverbium abierit. *Olympijs enim victisse ma-*  
*jus*